



Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,
& Decretorum ad Officium ...**

Urban <VIII., Papst>

[Romae], 1645

De Nouitijs ad habitum Regularium, & professionem non admittendis, nisi
in Conuentibus designandis. Clemens Papa VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10826

alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruâda esset; tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbū, nihil penitus omisso, & forma in illis radita obseruata, inserti forēt, pr̄sētibus pro expressis habēs, quibus quō ad ea, quæ supradictis quomodo libet aduersantur, illis aliās in suo robore permanens, specialiter, & exp̄ressè Sanctitatis Suæ authoritate, derogat, cæterisq. contrarijs quibuscunque. Dat. Romæ die 21. Septembris 1624.

C. Cardinalis Torres.

Locus + Sigilli.
Prosper Fagnanus Sac.Congr.Secr.

DECRETA GENERALIA fel.rec. Clementis Papæ VIII.

Ad Regularium reformationem, ac Nouitiorum receptionem, professionem, atque institutionem spectantia aliās facta, & publicata.

De Nouitijs ad habitum Regularium, & professionem non admittendis, nisi in Conuentibus designandis.

CLEMENS PAPA VIII.

Regularis disciplinæ restitutioni, pro qua potissimum iuxta nostri munieris debitum laborare

re

re non desistimus, illud in primis magnum impedimentum afferre quotidiano usu compertum est, quod in omnibus Conuentibus, ijs praesertim, qui maiori reformatione indigent, singuli ad Religionem venientes, passim recipiuntur. Vnde fit, ut quod magis Nos varijs constitutionibus male affectas radices amputare studemus: eo magis in dies deprauata, infructuosaq. eiusmodi nouiter proficitum germina succrescant. Cui quidem malo occurere volentes, praesenti Decreto statuimus, distictèque præcipimus omnibus Generalibus, Provincialibus, Commissarijs, Ministris, cæterisq. Superioribus Conuentuum intra Italiam, & Insulam adiacentium fines existentium quibuscunque, & quorumcunque Ordinum Mendicantium, ut de cetero neminem sub quovis praetextu, aut colore ad habitum regularem admittant, nisi in Conuentibus auctoritate nostra propediem in unaquaque Provincia designandis. Insuper sancimus, ut quoad eiusmodi Conuentus, ut præfertur, per Nos deputati non fuerint; omnes præfatorum Ordinum Superiorum à receptione quorumcunq; Nouitorum, siue ad habitum, siue ad professionem omnino abstineant. Superior, qui huius Decreti transgressor extiterit, ipso facto pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque actiua, & perpetuae inhabilitatis ad alia imposterū obtinenda, se nonerit incurrisse, ac alijs etiam pœnis arbitrio nostro subiaceat. Receptiones verò, & professions quilibet eorum, qui contra huiusmodi Decretum nostrum admissi fuerint, nullas, & irri-

tas ex nunc decernimus, & declaramus. Priuilegijs, Statutis, & consuetudinibus quibuscunque in contrarium minimè obstantibus. Dat. Romæ die 12. Martij 1596.

Renouatio, & ampliatio eiusdem Decreti.

De Nouitijs ad habitum Regularem non recipiendis, nisi in Monasterijs, & locis designandis.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus Noster D. Clemens Diuina prouidentia Papa VIII. cum iam dudum animaduerteret collapsa Regularis disciplinæ restitutioni, pro qua potissimum, iuxta sui muneric debitum, uigilare, ac laborare non desistit, illud in primis magnum impedimentum afferre, quod in omnibus Monasterijs, & Conuentibus, ijsq. præsertim, qui maiori indigent reformatione, singuli ad Religionem profitendum recedentes, passim, ac sine delectu recipiuntur, ac inde fieri, ut quo magis varijs constitutonibus malè affectas radices euellere, studet, eo magis infructuosa nouiter profitentium germina quotidie succrescant: cumq. ob zelum, ac desiderium, quo tenetur Sanctitas Sua, omnes Regulares ad vetus suę cuiusq. Religionis institutū redigendi, districte prohibuerit, ne quis in certis Monachorum, & Mendicantium Ordinibus ad suscipicndum habitu Religionis admitteretur, profitereturne, quo usque Monasteria, & Conuentus aliquot destinarentur, in quibus posset commodius Regularis obser-